tas. Ubi multe sunt opes: mul-
ti et qui comedunt eas. Et qđ
prodest possessori. nisi qđ cernit
diuitias oculis suis? Dulcis est
sommus opanti. siue parū siue
multū comedat: saturitas au-
tē diuitis. non sinit dormire
eum. Est et alia infirmitas
pessima: quā uidi sub sole. O-
uitię conseruate in malū dñi
sui. Pereunt enī afflictione pes-
sima. Generauit filiū qui in sū-
ma egestate erit. Sicut egressus
est nudus de utero matris sue.
sic reuertetur: et nichil auferet
secum de labore suo. Miserabi-
lis proorsus infirmitas quomo-
do uenit: sic reuertetur. Quid
ergo pdest ei quod laborauit in

uentum: Cunctis diebus uite sue
comedit in tenebris: et in curis
multis. et in erumpna atq; tri-
sticia. Hoc itaq; in... uisum est
bonum: ut comedat quis et bi-
bat. et fruatur leticia ex labore
suo. qđ laborauit ipse sub sole:
numero dierū uite sue quos de-
dit ei deus et hec est pars illius.
Et omni homini cui dedit d's
diuitias atq; substantiam. pote-
statēq; ei tribuit ut comedat
ex eis et fruatur parte sua. et
letetur de labore suo: hoc est do-
num dei. Non enim satis reco-
dabitur dierū uite sue: eo qđ
d's delictis cor eius.

Est et aliud malum qđ uidi
sub sole: et quidē frequens apđ
homines. Vir cui dedit d's diui-
tias et substantiā et honorem.
et nichil de est anime eius. ex
omib; que desiderat: nec tribu-
it ei potestatem d's ut comedat
ex eo. sed homo extraneus uora-
bit illud. Hoc uanitas et magna
miseria est. Si genuerit quispi-
am centū liberos. et uixerit
multos annos. et plures dies gra-
tis habuerit: et anima illius
non utatur bonis substantie
sue. sepulturaq; careat: de
hoc ego p̄nuntio. qđ melior illo
sit abortiuus. Frustra enī uenit
et p̄git ad tenebras: et obliuio-
ne delebitur nomen eius. Non
uidit solem: neq; cognouit di-
stantiam boni et mali. Etiam

si duobus milibus annis uixerit.
et non fuerit p̄fructus bonis. n̄
ne ad unū locum p̄petant omnia:
Omnis labor hominis in ore ei:
sed anima illius non impletur.
Quid habet amplius sapiens ab
stulto: Et quid paup. nisi ut
p̄gat illud ubi est uita: Melius
est uidere qđ cupias: quā deside-
rare quod nescias. Sed et hoc ua-
nitas est: et presumptio sp̄s. Qui
futurus est iam uocātū est no-
men eius: et scitur qđ homo sit.
et non possit contra fortiorē se
in iudicio contendere. Verba
sunt plurima. multaq; in dispu-
tando habentia uanitatem.

Quid necesse est homini maio-
ra se querere. cū ignoret quid
conducat sibi in uita sua. nu-
mero dierū p̄grinationis sue.
et tempore. qđ uelut umbra
preterit: Aut quis ei poterit
iudicare. quid post eum futu-
rum sub sole sit: Melius est
nomen bonū quam ungenta
preciosa: et dies mortis. die na-
tuitatis. Melius est ire ad do-
mū luctus quā ad domū con-
uiuij. In illa enī finis cunctoꝝ
ammonetur hominū: et uiuent
cogitat quid futurū sit. Meli-
or est ira risu: quia per tristitiā
uultus corrigitur animus de-
linquentis. Cor sapientiū ubi
tristitia est: et cor stultoꝝ ubi
leticia. Melius est a sapiente cor-
ripi. quā stultoꝝ adulatione

xxiii. vñc

decepi: quia sicut sonitus spina-
rum ardentium sub olla: sic risus
stulti. Sed et hoc uanitas. Calump-
nia conturbat sapientem: et per-
det robur cordis illius. Melior
est finis orationis quam principi-
um. Melior est pater arrogan-
te. **N**e uelox sis ad irascen-
dum: quia ira in sinu stulti req-
escit. Ne dicas quid putas cau-
se est quod priora tempora me-
liora fuere quam nunc sunt?
Stulta est enim huiusmodi in-
terrogatio. Utilior est sapientia
cum diuitijs: et magis pdest
uidentibus; solem. Sicut enim pre-
git sapientia: sic pregit pecu-
nia. Hoc autem plus habet eru-
ditio et sapientia: quod uita tri-
buunt possessori suo. Conside-
ra opa dei: quod nemo possit
corrigere. quem ille despexit. In
die bona fructu bonis: et ma-
lum diem precaue. Sicut enim
hanc: sic et illam fecit deus. ut
non inueniat homo contra
eum iustas querimonias. Hec
quoque uidi in diebus uanitatis
meae. Iustus perit in iusticia sua:
et impius multo uiuit tempore
in malitia sua. Noli esse iustus
multum: neque plus sapias quam
necesse est: ne obstupescas. Ne
impie agas multum. et noli esse
stultus. ne moriaris in tempo-
re non tuo. Bonum est te suste-
nere iustum. sed et ab illo ne sub-
trahas manum tuam: quia quod dominum

xxv.

timet nichil negligit. Sapientia
confortabit sapientem: super decem
principes ciuitatis. Non est enim
homo iustus in terra: qui faciat
bonum et non peccet. Sed et cum
dis sermonibus; qui dicunt ne ac-
comodes cor tuum: ne forte audi-
as seruum tuum maledicentem tibi.
Scit enim tua conscientia: quia et
tu crebro maledixisti alijs. Cun-
cta temptaui in sapientia. Dixi
sapientem efficiar: et ipsa longius
recessit a me. multo magis quam
erat. et alta profunditas. quis in-
ueniet eam? Lustraui uniuersa
animo meo. ut scirem et conside-
rarem sapientiam. et rationem:
et ut cognoscerem impietatem stul-
ti. et errorem in prudentium. et in-
ueni amariorum morte mulie-
rem. que laqueus uenatorum est.
et sagena cor eius. uincula sunt
manus illius. Qui placet deo ef-
fugiet eam: qui autem peccator
est capietur ab illa. Ecce hoc in-
ueni dixit ecclesiastes unum et alte-
rum: ut inuenirem rationem quam
adhuc querit anima mea et
non inueni. Virum de mille
unum reperi: mulierem ex omnibus
non inueni. Solummodo hoc inueni.
quod fecerit deus hominem rectum: et
ipse se infinitis miscuerit que-
stionibus. Quis talis ut sapiens
est. et quis cognoscit solutionem
uerbi?

viii. c.

Sapientia hominis lucet in
uultu eius: et potentissimus

xxvi.

faciem illius commutabit. Ego
 os regis obseruo: et precepta iura-
 menti dei. Ne festines recedere a
 facie eius. neq; permaneat in ope
 malo: quia omne qd uolueris
 faciet. et sermo illius potestate
 plenus est nec dicere ei quisquam
 potest. quare ita facis. Qui custo-
 dit preceptum: non experiet qd
 quam mali. Tempus et respon-
 sione: cor sapientis intelligit.
 Omni negotio tempus est: et oportu-
 nitas. et multa hominis affli-
 ctio: quia ignorat preterita. et
 uentura nullo scire potest nun-
 tio. Non est in hominis ditione
 prohibere spm. nec habere pote-
 statem in die mortis: nec finire
 quiescere ingruente bello. neq;
 saluabit impietas impiu. Om-
 nia hec consideraui: et dedi cor
 meum in cunctis opib; que sunt
 sub sole. Interdum dicitur ho-
 mo homini: in malum suum. Vidi
 impios sepultos: qui etiam cum
 adiuuerent in loco scd erant.
 et laudabantur in ciuitate quasi
 iustorum opum. Sed et hoc ua-
 nitas est.

J. xvii **S**tenim quia non profertur
 cito contra malos sententia: abs-
 q; ullo timore filij hominum p-
 peccant mala. At tamen pecca-
 tor ex eo qd ceteris facit malum.
 et per patientiam sustentat: ego
 cognoui qd bonum timentibus
 deum qui uerentur faciem eius.
 Non sit bonum impio. nec plon-

gentur dies eius: sed quasi umbra
 transeant qui non timent faci-
 em dñi. Est et alia uanitas que
 fit sup terram.

Sunt iusti quib; multa pue-
 niunt quasi opa impiorum
 egerint: et sunt impij qui ita
 securi sunt quasi iustorum facta
 habeant. Sed et hoc uanissimum
 iudico. Laudau igitur leticia:
 qd non esset homini bonum sub
 sole. nisi qd comederet et bibe-
 ret atq; gauderet. et hoc solum
 secum auferret de labore suo.
 in dieb; uite quos dedit ei dñs
 sub sole. et apposui cor meum
 ut scire sapientiam et intelligere
 distinctionem eorum que uersan-
 tur in terra. Est homo qui die-
 bus et noctib; somnum oculis
 non capit: et intellexi qd omni-
 um opum dei. nullam possit in-
 uenire homo rationem eorum
 que fiunt sub sole. et quanto
 plus laborauerit ad querendum
 tanto minus inueniat. Etiam
 si dixerit sapiens se nosse: non
 poterit reperire. Omnia hec tra-
 ctavi in corde meo: ut curiosè
 intelligerem.

J. xviii.

Sunt iusti atq; sapientes: et
 opa eorum in manu dei. Et ta-
 men nescit homo utrum amore
 an odio dignus sit: sed omnia
 in futurum seruantur incerta.
 eo qd uniuersa eque eueniant
 iusto et impio. bono et malo.
 mundo et immundo. immo-

J. xix.

lanti uictimas. et sacrificia con-
tempnent. Sicut bonus: sic et
peccator. Ut piurus: ita et ille
qui uerū deierat. Hoc est pes-
simū inter omnia que sub sole
fit: quia eadem cunctis eueni-
unt. Unde et corda filiorū homi-
nū implentur malitia. et con-
temptu in uita sua: et post hec
ad inferos deducent. Nemo est
qui semp uiuat: et qui huius
rei habeat fiduciam. Melior est
canis uiuus: leone mortuo. Vi-
uentes enī sciunt se esse mortu-
ros: mortui uero nichil noue-
runt amplius. nec habent ul-
tra mercedem. quia obliuioni
tradita est memoria eorū. Amor
quoq; et odium et inuidiā simul
perierunt: nec habent partē
in hoc scō. et in ope qđ sub so-
le geritur. Glade ergo et come-
de inlecticia panē tuū. et bibe
cū gaudio uinū tuū: quia
deo placent opa tua. Omni tē-
pore sint uestimenta tua candida:
et oleum de capite tuo non defi-
ciat. Perfructe uita cum uxore
quā diligis: dieb; uite instabili-
tatis tue. qui dati sunt tibi sub
sole omni tempore uanitatis
tue. Hec enī est pars in uita et
in labore tuo. quo laboras sub
sole. Quodcūq; potest manus
tua facere. istant opare quia
nec opus nec ratio. nec scientia.
nec sapientia. erunt apud infe-
ros quo tu peras. Verū me alio

uidiq; sub sole nec uelotū esse
cursum. nec fortū bellū. nec
sapientū panē. nec doctorum
diuitias. nec artificū grām. sed
tempus casumq; in omnib;. Nes-
cit homo finē suum: sed sicut
pisces capiunt hamo: et sicut
aues comprehenduntur laqueo.
sic capiunt homines tempore
malo. cū ei ex templo supuene-
rit. Hanc quoq; uidi sub sole
sapientiā: et pbauī maximam.
Ciuitas parua. et pauci in ea
uir. Venit contra eam rex ma-
gnus. et uallauit eam: extruxit
q;munitiones p girū. et pfecta
est obsidio. Inuentusq; in ea uir
paup et sapiens. liberauit urbē
p sapientiam suā: et nullus de-
inceps recordatus est hominis
illius paupis. Et dicebam ego
meliorem esse sapientiā fortitu-
dine. Quomodo ergo sapientia
paupis contēpta est et uerba
eius non sunt audita: Uerba
sapientū audiunt in silentio:
plusquā clamor principis in-
ter stultos. Melior est sapientia
quā arma bellica: et qui in uno
peccauerit multa bona pdet.
Musce morientes: pdunt
suauitatem unguenti. Precio-
sior est sapientia et glia: parua
ad tempus stulticia. Cor sapi-
entis in dextera eius: et cor stul-
ti in sinistra illius. Sed et in uia
stultus ambulans. cū ipse insi-
piens sit: omīs stultos estimat.

Si sp̄s potestatem habentis ascende-
rit sup te: locum tuū ne dimise-
ris. quia curatio cessare facit et
peccata maxima. Est malū qđ
uidi sub sole. quasi p errorem
egrediens a facie principis. po-
situm stultum. indignitate sul-
limi: et diuites sedere deorsum.
Uidi seruos in equis: et p̄ncipes
ambulantes quasi seruos super
terram.

xxxii.

Qui fodit foueam incidit in
eam: et qui dissipat sepem. mor-
debit eum coluber. Qui t̄nsisset lapide
affligitur in eis: et qui sondit
ligna uulnerabitur ab eis. Si re-
tunsum fuerit ferrū et hoc non
ut prius. sed ebetatu fuerit:
multa labore exacuetur: et post
industriam sequitur sapientia.

xxxiii.

Si mordeat serpens in silen-
tio: nichil eo minus habet qui
occulte detrahit. Verba oussa
pientis gr̄a: et labia in sapientis
precipitabunt eum. Initiū uer-
borū eius stulticia: et nouissimū
error illius pessimus. Stultus:
uerba multiplicat. Ignorat ho-
mo quid ante se fuerit. et qđ
post futurū est: quis illi poterit
indicare? Labor stultorum af-
fliget eos: qui nesciunt in urbē
pgere. Ne tibi terra cuius rex

xxx.

est puer: et cuius principes ma-
ne comedunt.

xxxiiii.

Beata terra cuius rex nobilis
est: et cuius principes uescunt
in tempore suo. ad reficiendum

et non ad luxuriam. In pigritia
humiliabitur contignatio: et
in infirmitate manuū p̄stilla-
bit domus. In risum faciunt pa-
nem et uinū. ut epulent̄ uiuen-
tes: et peccunie obediunt om̄ia.

xxxv.

H cogitatione tua regi ne
detrahas: in secreto cubili tui
ne maledixeris diuiti: quia a-
uis celi portabit uocē tuā. et
qui habet pennas annuncia-
bit sententiam. xj. c.

xxxvi.

Mitte panem tuū sup transeuntes
aqual: quia post multa tempo-
ra inuenies illum. Da partē sep-
tem necnon et octo: quia igno-
ras quid futurū sit mali sup ter-
ram. Si replete fuerint nubes:
imbres sup terrā effundent. Si ce-
ciderit lignū ad austrū. aut ad
aquilonem: in quocūq; loco ce-
ciderit. ibi erit. Qui obseruat
uentū non seminat: et qui con-
siderat nubes nunquā metet.
Quomodo ignoras que sit uia
sp̄s. et qua ratione conpingan-
tur ossa in uentre pregnantis:
sic nescis opa dei qui fabricator
est omnium.

xxxvii.

Mane semina semen tuū. et uel-
pe necesset manus tua: quia nescis
quid magis oriat. hoc aut
illud. Et si utrumq; simul: me-
lius erit. Dulce lumen: et dele-
ctabile est oculis uidere solem.
Si annis multis uixerit homo:
et in his om̄ib; letus fuerit: me-
minisse debet tenebrosi tempo-

ris et dierum multorum qui cum uenerint uanitas arguuntur preterita. Letare ergo iuuenis in adolescentia tua. et in bono sit cor tuum. in diebus iuuentutis tue: et ambula in uis cordis tui. et in intuitu oculorum tuorum. et scito quod pro omnibus his adducet te deus in iudicium.

xijr

Lxxvii. **A**ufer iram a corde tuo: et amoue malitiam a carne tua. Adolescentia enim et uoluptas: uana sunt.

Lxxviii. **M**emento creatoris tui in diebus iuuentutis tue: antequam ueniat tempus afflictionis. et appropinquent anni de quibus dicas non michi placent. antequam tenebrescat sol et lumen. et luna et stelle et reuertantur nubes post pluuiam: quando commouebuntur custodes domus. et nutabuntur uiri fortissimi. et otiose erunt molentes in minuto numero. et tenebrascant uidentes per foramina. et claudent ostia in platea in humilitate uocis molentis. et consurgent ad uocem uolucris. et obsurdescent matris filie carminis. excelsa quoque timebunt et formidabunt in uia.

Lxxix. **F**lorebit amigdalu. impinguabitur locusta. et dissipabitur caparis: quoniam ibit homo in domum eternitatis sue. et circuibunt in platea plangentes.

Lxxx. **A**ntequam rumpatur fumis ar-

gentes et recurrat uitta aurea. et conterat hydria super fontem. et confringatur rota super cisternam: et reuertatur puluis in terram suam unde erat. et spiritus redeat ad dominum quem dedit illum. Vanitas uanitatum dixit ecclesiastes: et omnia uanitas. Cumque esset sapientissimus ecclesiastes: docuit populum. et enarrauit que fecerat. et inuestigans composuit parabolas multas. Quesiuit uerba uilia: et conscripsit sermones rectissimos. ac ueritate plenos. Uerba sapientium sicut stimuli: et quasi clauis in altum defixi. que per magistrorum consilium data sunt: a pastore uno. his amplius filii mi ne requiras. Faciendi plures libros. nullus est finis: frequensque meditatio carnis. afflictio est.

Lxxxi. **M**em loquendi. omnes pariter audiamus. Deum time: et mandata illius obserua. Hoc est omnis homo. Et cuncta que fiunt adducet deus in iudicium. pro omnino erato: siue bonum siue malum.

Explicit liber ecclesiastes uersus huiusmodi. dccc. Incipiunt cantica canticorum salomonis. quod hebraice dicitur sirasimoy.



Sculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt ubera tua uino fragrantia unguentis optimis. Oleum

effusum nomen tuum: ideo adoles-
 centule dilexerunt te. **G**rahe
 me post te: curremus in odore
 unguentorum tuorum. **I**ntroduxit
 me rex in cellaria sua: exultabi-
 mus et letabimur in te. **M**emores
 uberum tuorum super unum: recti
 diligunt te. **N**igra sum sed formo-
 sa filie ierusalem: sicut tabernacula
 cedar: sicut pelles salomonis. **N**o-
 lite considerare quod fusca sum: quia
 decolorauit me sol. **F**ilij matris
 mee pugnauerunt contra me:
 posuerunt me custodem iuni-
 neris. uinea mea non custodiu.
Indica michi quem diligit anima
 mea. ubi pascas. ubi cubes in me-
 ridie: ne uagari incipiam per gre-
 ges sodalium tuorum. **S**ignoras-
 te o pulchra inter mulieres: egre-
 dere et abi post uestigia gregum.
 et pascce hedos tuos iuxta taber-
 nacula pastorum. **E**quitatu
 meo in curribus pharaonis: assi-
 milaui te amica mea. **P**ulchre
 sunt genes tue sicut turturis:
 collum tuum sicut monilia. **Q**u-
 renulas aureas faciemus tibi:
 uermiculatas argento. **D**um esset
 rex in accubitu suo. nardus mea
 dedit odorem suum. **F**asciculus mir-
 re dilectus meus michi: inter
 ubera mea commorabitur. **B**otrus
 cypru dilectus meus michi: in
 uineis eugaddi. **E**cce tu pul-
 chra es amica mea ecce tu pul-
 chra: oculi tui columbarum.
Ecce tu pulcher es dilecte mi: et

decorus. **L**ettulus noster floridus:
 tigna domorum nostrorum cedrina.
 laquearia nostra cypressina. **E**go
 flos campi: et libum conuallium.
Sicut libum inter spinas: sic ami-
 ca mea inter filias. **S**icut malum
 inter ligna siluarum: sic dilectus
 meus inter filios. **S**ub umbra illi-
 us quam desideravi sedi: et fructus
 eius dulcis gutturi meo. **I**ntrodu-
 xit me in cellam unariam: ordina-
 uit in me caritatem. **F**ulcite me
 floribus: stipate me malis: quia
 amore languco. **L**euam eius sub
 capite meo: et dextera illius am-
 plexabitur me. **A**diuro uos filie
 ierusalem: per capreas ceruosque cam-
 porum. ne suscitatis neque eugila-
 re faciatis dilectam: quo ad usque
 ipsa uelit. **V**ox dilecti mei. ecce
 iste ueniet saliens in montibus:
 et transiens colles. **S**imilis est
 dilectus meus capree: hynnulo-
 que ceruorum. **E**n ipse stat post
 parietem nostram respiciens per fene-
 stras. respiciens per cancellos: et
 dilectus meus loquitur michi.
Surge spera amica mea. colu-
 ba mea. formosa mea: et ueni.
Iam enim hiemps transiit: imber
 abiit et recessit. **F**lores apparu-
 erunt in terra nostra: tempus pu-
 tationis aduenit. **V**ox turtu-
 ris audita est in terra nostra. **F**icus
 protulit grossos suos: uinee flo-
 rentes odorem dederunt. **S**urge
 amica mea. speciosa mea et ue-
 ni. **C**olumba mea in foraminibus

11.5

petre. in cauerna macerie. Oſten
de michi faciem tuā: ſonet uox
tua in aurib; meis. Uox enī tua
dulcis: et facies tua decora. Ca
pice nobis uulpes paruulaf: que
demoliunt uineas. Nam uinea
nra floruit. Oilectus meus michi
et ego illi. qui paſcitur inter lilia:
donec aſpiret dies. et inclinentur
umbre. Reuertere ſimilis eſto di
lecte mi capree aut hinnulo cir
uorū: ſup montes becher. In le
ctulo meo p noctes queſiui que
diligat anima mea: queſiui il
lum et non inueni. Surgā et cir
cuibo ciuitatē: per uicos et pla
teas queram que dilexit anima
mea. Queſiui illū et non inue
ni. Inueniunt me uigiles qui
cuſtodiuunt ciuitatē. Num que
dilexit anima mea uidiſti? Pau
lulum cū tranſiſſem eos: inue
ni que diligat anima mea. Ge
nuu eum nec dimittā: donec in
troducā illum in domū ma
tris mee et in cubiculū genitri
cis mee. Adiuro uos filie ierlm
per capreas ceruoſq; campoꝝ um
ne ſuſciteſ neq; euigilare faci
atis dilectam: donec ipſa uelit.
Que eſt iſta que aſcendit p de
ſertum ſicut uirgula ſumi ex
aromatib; mirre et thuriſ. et
uniuerſi generiſ pigmentarij?
En lectulum ſalomonis ſexagin
ta foroiſ ambiunt ex foroiſſimiſ
iſrl: omneſ tenentel gladioſ. et
ad bella doctiſſimi. Vniuſcuq;

enſiſ ſup femur ſuum: ppter timo
reſ nocturnoſ. Ferculum ſibi fecit
rex ſalomon: de ligniſ libani. Co
lumpnaſ eiſ fecit argenteaſ: re
clinatoꝝū aureū. aſcenſum pur
pureum media caritate conſtra
uit: ppter filiaſ ierlm. Egredimi
ni et uidete filie ſyon. regem ſalo
monē in diademate quo corona
uit eum mater ſua: in die deſpō
ſionis illiuſ. et in die leticie cordiſ
eiſ. Quā pulchra eſ amica mea
quā pulchra eſ: oculi tui colum
barum. abſq; eo qđ intrinſecus
latet. Capilli tui ſicut gregel ca
prarū: que aſcenderunt de mō
te galaad. Dentel tui ſicut gre
gel tonſarum: que aſcenderunt
de lauachro. Omneſ gemelliſ ſcib;
et ſterilib; non eſt in eiſ. Sicut
uita coccinea labia tua: et elo
quiū tuū dulce. Sicut fragmen
tali punici. ita gene tue: abſq;
eo qđ intrinſecus latet. Sicut
turriſ dauid collū tuū: que
edificata eſt cum pro pugnacu
liſ. Mille clipei pendent ex ea:
omniſ armatura fortiū. Duo
ubera tua ſicut duo hinnuli
capree gemelli qui paſcuntur
in liliſ: donec aſpiret dies. et
inclinentur umbre. Uadam
ad montē mirre: et ad collem
thuriſ. Gota pulchra eſ amica
mea. et macula non eſt in te.
Veni de libano ſponſa mea. ue
ni de libano: ueni. Coronabe
riſ de capite amana: de uertice

m. r.

m. r.

+ 6

sanir et hermon. de cubilibus
leonū. de montib; pardorū. Vul
nerasti cor meū soror mea spon
sa. uulnerasti cor meū: in uno
oculorū tuorū. et in uno cruce
colli tui. Quam pulchre sunt
mamme tue: soror mea sponsa.
Pulchriora ubera tua uino: et
odor unguentorū tuorū sup om
nia aromata. Fauus distillans la
bia tua sponsa. mel et lac sub lin
gua tua: et odor uestimentorū
tuorū sicut odor thuris. Hortus
conclusus est soror mea sponsa.
hortus conclusus: fons signatus.
Emissiones tue paradysus malo
rum puniceorū. cū pomorū fru
ctib;: cypri cū nardo. nardus et
crocus. fistula et cinnamomum.
cū uniuersis lignis libani. mir
ra et aloē: cum omib; primis un
guentis: fons ortorū. puteus aq
rum uiuentiū. que fluunt im
petu de libano. Surge aquilo
et ueni auster. Perfla hortū me
um. et fluant aromata illius.
Veni dilectus meus in hortū
suū: ut comedat fructū pomo
rum suorū. Veni in hortum me
um soror mea sponsa: messui mir
ram meā cum aromatis meis.
Comedi fauam cū melle meo:
bibi uinū meum cum lacte meo.
Comedite amici et bibite: et in
ebriamini carissimi. Ego dor
mio: et cor meum uigilat. Uox
dilecti mei pulsantis. Aperi mi
chi soror mea. amica mea. colū

22
ba mea. immaculata mea: quia
caput meū plenū est rore. et cin
nami mei guttis noctū. Expoli
aui me tunica mea. quomodo
induar illam: Laui pedes meos
quomodo inquinabo illos: Di
lectus meus misit perforamen ma
num suam: et uenter meus incre
muit ad tactum eius. Surrexi.
aspice dilecto meo. Manus mee
stillauerunt mirram: digiti mei
pleni mirra pbatissima. Pessulū
ostij mei apui dilecto meo: at ille
declinauerat atq; transierat.
Anima mea liquefacta est ut lo
quutus est quesui et non inue
ni illum: uocaui et non respon
dit michi. Inuenerunt me custo
des qui circuerunt ciuitatē. Per
cusserunt me et uulnerauerūt
me: tulerunt palliū meū michi.
custodes muroū. Adiuro uos fi
lie ierlm: si inueneritis dilectū
meū. et nunciatis ei: quia amore
languero. Quat ē dilectus tuus ex dilecto
o pulcherrima mulierū: Quat ē di
lectus tuus ex dilecto qā sic admirasti nos:
Dilectus meus candidus et rubicundus. electus ex mili
bus. Caput eius aurū optimū.
Come eius sicut elatē palmarū:
nigrē quasi coruus. Oculi eius
sicut columbe sup riuulos aq
rum que lacte sunt lotē: et re
sident iuxta fluentia plenissima.
Genē illius sicut areolē aroma
tum: consite apigmentarijs.
Labia eius distillantia mirrā:
primā. Manus illius cornatiles

auree. plene iacinctus. Venter
 eius eburneus: distinctus saphi-
 ris. Crura illius columne mar-
 moree. que fundate sunt sup
 bases argenteas. Species eius ut
 libani: electus ut cedri. Guttur
 illius suauissimum: et totus de-
 siderabilis. Gabis est dilectus me-
 us: et iste est amicus m̄s filie ie-
 rusalem. Quo abiit dilectus tu-
 us opulcherrima mulierū: Quo
 declinauit dilectus tuus. et que-
 renus eum tecum: Dilectus m̄s
 descendit in hortum suum ad are-
 ola aromatis: ut pascatur in or-
 tis. et libia colligat. Ego dilecto
 meo et dilectus meus michi: q̄
 pascatur inter libia. Pulchra es
 amica mea suavis et decora si-
 cut ierlm̄ terribilis ut castrorū
 acies ordinata. Auerte oculos tu-
 os a me: quia ipsi me auolare
 fecerunt. Capilli tui sicut grex
 caprarum. que apparuerunt
 de galaad. Dentes tui sicut grex
 ouium: que ascenderunt de la-
 uachro. Omnes gemellis feibus
 et sterilibus non est in eis. Sicut
 cortex malipunica: sic gene tue
 absq; occultis tuis. Sexaginta s̄t
 regine. et octoginta concubine:
 et adolescentularū non est nu-
 merus. Una est columba mea.
 p̄fecta mea: una est matris sue
 electa genitricis sue. Viderunt
 illam filie. et beatissimā predica-
 uerunt. Regine et concubine:
 et laudauerunt eam. Que est

ista que p̄greditur quasi auroza
 consurgens: pulchra ut luna
 electa ut sol: terribilis ut castro-
 rum acies ordinata: Descendi
 in ortū nucum ut uiderē poma
 conuallis: ut inspicere si floruis-
 set uinea. et germinassent ma-
 lapunica. Nesciui. Anima mea
 conturbauit me: p̄pter quadri-
 gal ammadab. Reuertere reuer-
 tere sumamros: reuertere reuere ut in-
 tueamur te. Quid uidebis in su-
 namite. nisi choros castrorum:
 Quā pulchri sunt gressus tui.
 in calcamentis filia principis.
 Iunctura feminū tuorū sicut mo-
 nilia: que fabricata sunt manu
 artificis. Umbilicus tuus crater
 tomatis: nunquā indigens po-
 culis. Venter tuus sicut aceruus
 tritici: uallatus libis. Duo ubera
 tua: sicut duo hinnuli gemelli.
 capree. Collum tuū sicut turris
 eburneis. Oculi tui sicut piscine
 in esebon. que sunt in porta sibe
 multitudinis. Nasus tuus sicut
 turris libani: que respicit cont̄
 damascū. Caput tuum ut car-
 melus. et come capris tui sicut
 purpura regis iuncta canab;.
 Quam pulchra es et decora ca-
 rissima in deliciis: Statura tua
 assimilata est palme: et ubera
 tua botris. Dixi. ascendā in pal-
 mam apprehendā fructus eius.
 Et erunt ubera tua sicut botri
 uinee. et odores tui sicut malo-
 rum. Guttur tuū sicut unum

vj. c.

+ m

dijr

2

21

optimū: dignum dilecto meo ad potandum labijsq; et dentib; illi usufruandum. Ego dilecto meo. et ad me conuersio eius. Veni dilecte mi egrediamur in agrum commoremur in uillis. Mane surgamus ad uineas: uideamus si floruit uinea. si flores fructus parcuriunt. si floruerit malapunica. Ibi dabo tibi ubera mea. Mandragore dederunt odore in poris nr̄is. Omnia poma noua et uetera dilecte mi: seruaui tibi. Quis michi det te fr̄em meū suggente ubera matris mee. ut inueniā te foris et deosculer. et iam nemo despiciat. Apprehendam te et ducam in domū matris mee. Ibi me docebis. Et dabo tibi poculum ex uineo condito: et mustū malorū granatorū meorū. Leua eius sub capite meo: et dextera illius amplexabitur me. Adiuro uos filie ierlm̄ ne suscitatis neq; euigilare facietis dilectā: donec ipsa uelit. Que est ista que ascendit de deserto delictis affluens. inmixta sup dilectū suum: Sub arbo re malo suscitauit te. Ibi corrupta est mater tua: ibi uiolata est genitrix tua. Pone me ut signaculum sup brachio tuū. quia foris est ut mors dilectio. dura sicut inferus emulatio. Lampades eius: lampades ignis atq; flāmarum. Aquę multe non poterunt extinguere caritatē:

nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnē substantiā domus sue pro dilectione: quasi nichil despicient eum. Soror nostra parua et ubera non habet. Quid faciemus sorori nr̄e. in die quando alloquenda est: Si murus est edificemus sup eū pro pugnacula argentea. Si ostium est: compingamus illud tabulis cedrimis. Ego murus et ubera mea sicut turris: ex quo facta sum coram eo. quasi pacem repperens. Uinea fuit pacifico. in ea q̄ habet poculos. tradidit eam custodibus. Uir affer pro fructu eius mille argenteos. Uinea mea coram me est. Mille tui pacifici: et ducenti hi qui custodiunt fructus eius. Que habitas in ortis amici auscultant: fac me audire uocem tuā. Fuge dilecte mi et assimilare capree hinnuloq; ceruorū: sup montes aromatiū. **EXPLICIT CANTICA CANTICORVM. VERSVS H̄ CCLXXX.**

Incipiunt capitla libri sapientie.

- D**e diligenda iusticia. I.
- S**apientia in maluolā animā non introibit. II.
- C**ustodiendū amurmutatione et detractione. III.
- D**e cogitatione impiorum. IIII.
- D**e consilio iudeorū aduersus xpm̄. V.
- D**e sc̄is martiribus. VI.
- Q**uod impij salm̄ que gesserunt recipiant: et de felicitate uirginum. VII.
- F**ilij adulterorū in consumati erunt. VIII.
- D**e dormientib; in xpo non lugendis. IX.
- D**e iustorū aduersus persecutores suos futura X.

Constantia.